

44 5  
14

Theses Juridice

DE

IVRE ACCRES-  
CENDI EX L. VNICA  
COD. DE CADVCIS  
TOLLEN DIS.

QVAS

PRÆSIDE NOBILI  
ET CONSULTISSIMO I. C.  
DOMINO HENRICO CANISIO NOVI-  
omago, in Laudatissima & Chatolica INGOLSTA-  
DIENSI ACADEMIA SS. Canonum  
Professore ordinario, nec non Ducalis  
Banar, Consiliario, in Collegio  
eiudem.

DEFENDET

M. BERNARDVS MOSMILLER  
I. V. Studiosus.

Die xiv. Calend. Nouemb.

INGOLSTADII,


Ex Officina WOLFGANGI EDERI.

AN NO M. D. XCIII.

GENERO SODOMI  
NO, DOMINO FERDINANDO  
VÖHLIN, Baroni in Illerthyffen, Domino  
in Neuburg & Hohenrainach, Serenissi-  
mo Principi ac Domino, Domino  
FERDINANDO Archiduci  
Austriæ, &c. à consiliis,

*Obseruantie gratiæ animi  
ergo dedicat.*

M. BERNARDVS MOS-  
MILLER I. V. Studiosus.



THESES IVRIDICÆ  
DE IVRE ACCRES-  
CENDI, EX L. VNICA C. DE  
CADVCIS TOLLENDIS.  
THESIS PRIMA.

**D**icitur *retermis* reliquis modis quibusver-  
bum *Accrescere* alibi usurpatum, in presenti argu-  
mento *accresscere* intelligitur, cum aliqua pars  
hæreditatis. *a* bonorum possessionis. *b* legati,  
*c* donationis, vel alterius contractus. *d* alteri  
portioni sive personæ. *e* non deficienti accedit.  
*a* l. *vnica*, *g*. *hu ita definitus*. *C. de Caduc. tollend.* *l. interdum* *g. 1. ff. de hæred.*  
*inst. l. Seruus.* *66. ff. de adqui.* vel *omittenda hæred.* *g. videamus Inst. de hæred*  
*inst.* *b* l. *vnica*. *C. quando non petent. par.* *ex g. liberū Inst. de honor. possēs*  
*c. d. l. *vnica* *g. ubi autem legatarij.* *l. reconiuncti.* *89. ff. de legatis* *3. ex g.*  
*Si eadem res, Inst. de legat.* *d* *ut inf. thesi.* *4. ex 28. c l. Si Titio.* *33. ff. de*  
*Vsurfructu.**

II.

ITA vt ius accrescendi nihil aliud sit, quā vnius portionis  
deficientis, ad alterum coniunctum accessio.

III.

P O R T I O N I S inquam *Deficiens*. Nam si ea non de-  
ficit, Iuri accrescendi locus denegatur *a* adeo vt necessariū  
sit eam ab initio deficere. *b* Nam & substitutio non nisi  
hæreditate adita expirat. *c* Cui ius accrescendi simile est.

*a* l. qui ex duabus *53. g. qui semel, ff. de acquir. hæred.* *b* l. *9. ff. quemad*  
*seruit. amittatur.* *c l. postaditam.* *51. C. de Impub.* *d l. Si Titio.* *61. g. Italianus ff.*  
*de legatis 2.*

A 2 IV. QVA MVIS.

**Q**VAM VIS in usufructu, & donatione Principis, quae pluribe facta est coniunctim **b** & in eaquā secundo nubens mulier filiis prioris matrimonij fecit c diuersum obtineat: vt etiā adquisita alteri portio, coniuncto alteri accedat.  
 a l. i. §. interdum, ff. de usufr. accresc. b l. i. C. si liberal. Imper. soc. sine hær. deceff. libro 10. c l. si qua mulier C. ad S. C. Tertull.

**S**E D quod dictū est in definitione, *Ad alterum*, eam significatiōnē habet, vt & personā & portionem simul completeremur. Nam quandoque; pars deficiens personæ, vt in usufructu & in contrac̄tibe, quandoque; vero portioni accrescit, vt in hereditatibus, legatis, & similibus.

a l. si Titio 33 ex l. fundus ille ff. de contrah. empt. ex iuribus suprà allegati, addere hefin 24.

**C**ONIUNCTY M autem eum accipimus, qui deficiēti vel verbis, vel tantum, vel utroque simul, in eadem re coniunctus est. His enim modis connexos esse necesse est, inter quos est ius accrescendi.

a l. tripli. 142. ff. de verbor. signif. ex l. re coniuncti 89. ff. de legati 3.

**N**AM in rebus omnino separatis, vt Titio seruū lego, & Maeuio alterum seruum lego: vel Titio & Maeuio singulos seruos do, lego, nullum accrescendi ius cadit, Licet si eodem orationis complexu contineantur.

a l. Huiusmodi 84. §. quibus ita legatum, ff. de legati 1. l. ex Proculo. 20. ff. de legati 2. ex l. penultima ff. de usufructu accrescendo.

**D**IC VNTVR autem verbis coniuncti, quibus vnaeademque; oratione eadē res, factis portionibus, relicta est; ve-luti, Titio & Seio fundum æquis partibus do, lego.

a l. Re coniuncti, ex l. si qua hæredes, 66. ff. de hær. inst.

IX. RA

**R**E tantum coniuncti, quibus separatim & diuersis orationibus eadem res ab eodem relicta est V. g. Titio domū meam do, lego, Seio domum meā do, lego. a Licet & hos quandoque; iuris authores disiunctos simpliciter appellant, b

a Facit text. in l. coniunctim 78. de legati 3. l. 15. interdum ff. de usufructu accresc. b ut Iustinian. l. unica §. hu ita. C. de Caduc. toll. ex §. si eadem, Inst. de legati.

**R**E & verbis simul coniuncti accipiuntur, quos vna & orationis & rei complexus iungit, vt, Titius & Maeuio hæredes sunt. a Verbis etenim coniuncti sunt, propter copulā, re autem, propter hereditatis vel rei legate vnitatem.

a text. in l. tripli. 142. ff. de Verbi. signif. ex §. si eadē res, Inst. de legati ex l. unica, §. in hu ita C. de Caduc. toll.

**Q**VAM VIS in hereditatibus hoc amplius sit, vt etiam illi verbis & re coniuncti censemantur, quibus eadem hereditas æquis partibus vel dimidiis relicta est. a Nam & in iisdē hoc singulariter receptum est, vt circā eandem hereditatē semper accrescēdi iuri locus sit, etiam si separatis orationibus & partibus duo pluresue hæredes instituti sint: ne defunctus pro parte intestatus maneat. b

a d. l. tripli, in verbis, Titius ex parte dimidia, Secus in legati, l. re coniuncti. 89. versic. item verbis ff. de legati 3. b l. ius nostrum ff. de reg. luru, iuncta l. hæredes sine partibus, vers. fin. ff. de hæredib. inst.

**S**A N E si specialiter vni fundus Tusculanus legatus sit & alteri omnes fundi, quos testator habet, nulla erit coniunctio, sed generi per speciem derogatur.

a Textus elegans in l. uxorem. 41. §. Felicissimo ff. de legati 3. iuncto c. generi, de reg. iuri lib. 6.

**I**T A Q V E inter coniunctos tantum modo accrescendius est; si videlicet eodem orationis contextu, vel simili dictio-  
nis forma connexi sunt. Ut V. g. Titio & Mævicio domum lego, vel Caio domū lego, & Sempronio eandem domum lego, vel Titio & Ciceroni æquis partibus domū lego. Nam vnius deficientis pars collegatario accrescit.

*f. si eadem res Institut. de legatu ex l. unica s. ubi autem legatarij C. de Cadu. tollendis.*

**Q**V I D autem si hi inter se permisti sint circa eandem domum vel aliam rei? Et præferri certum est re & verbis coniunctum, reliquis omnibus, propter unitatem sermonis, qua cum deficiente in vnu qu. ali corpus redactus fuit.

*d. l. unica s. Huius ita definitus, vers. sive vero ex l. re coniuncti. ff. de legatis;*

**V**B I verò is, qui retantum coniunctus, deficit, omnes simul concurrunt, & coniuncti & disiuncti. Cum nihil sit quod non æque commune omnibus dici possit.

*d. s. huius ita definitus, vers. sive autem ex huius, et d. l. re coniuncti, vers. quod si re tantum.*

**A**T si coniunctus verbis tantum deficiat, potiores par-  
tes sunt verbis coniuncti: ut scilicet disiuncto verbis præ-  
feratur, non vero coniuncto re & verbis simul.

*d. l. re coniuncti, in fine, ubi dictio Præferatur applicanda est ad coniunctum re tantum, ut scilicet sensus sit: Coniunctus verbis tantum disiunctio præferendus est, non vero re & verbis coniuncto simul.*

**I**D E M in hæredibus & bonorum possessionibus con-  
iunctis & permixtis obseruat. De histamen separatim dispiciamus. Si igitur Caio & Seio hæredibus una oratione

Instit-

institutis, Titius separatim adiectus sit, deficiente Seio, portio eius accrescit Caio, non Titio: quia priores illi re & verbis coniuncti sunt.  
*d. l. re coniuncti veri præfertur.*

**E**x quo eleganter descendit, si quis intestatus relicto filio & nepotibus ex altero filio mortuo, discedat, & horum vnum repudiet portionem suam, vel aliter deficiat, non foliorum superstiti, sed ceteris nepotibus eam accrescere: etiam si nepotes per ius representandi eodem cum filio gradu concurrent.

*Anton. Gomezius tomo 1. riar. resolut cap. 10. num. 31. allegans Bartol. ad d. l. re coniuncti, et Baldun. ad l. unica C quando non present. part. Nam in virgine hæreditate ex testamento et ab intestato idem accrescendi ius est. l. si ex pluribus, ff. de suis et legitimis, et d. l. unica C. de Cad. tollenda.*

**S**IMILITER hæredere tantum coniuncto deficiente, omnes tam disiuncti quam coniuncti ad accrescendi ius admittuntur.

*d. s. huius ita definitus, vers. Sim autem ex his.*

**V**E R V M in verbis tantum coniuncto deficiente, maior dubitatio est, uter præferri debeat, re an verbis coniunctus: Ut si Titio & Seio hæredibus ex æqualibus partibus institutis, Caius alia oratione simpliciter heres subiectus sit, & alter illorum Titius, heres scilicet vel Seius deficiat, an accrescit cohæredi verbis coniuncto, vel potius Caio re tantum coniuncto? Et verisimilius est, verbis coniunctum præferendum esse. a nisi aliud ex conjectura testatoris appareat. b

*a: l. re coniuncti in si. ff. de legatis. 3. R. ito est in d. l. uni. a s. huius ita vers. hoc ita: am varie b: ut in l. si ita quis hæredes 66. ff. ac hæredib. instit. Vide Gomezius d. loco nn. 32.*

THESES  
XXI.

F I T autem accretio in hæreditibus pro hereditaria portione, in legatis & fideicommissis pro uirili parte.  
d. s. huius ita definitis, et s. ubi autem legatarij. C. eod. tit.

## XXII.

T R I B V S autem modis solet alterius portio deficere & alteri accrescere. Primo, si illi relicta sit qui in rebus humanis esse desierat. Et hac specie pro non relicta habetur. Secundo, si ei relicta sit qui post conditum testamentum viuo adhuc testatore ab hac luce sublatus, aut conditione defectus est. Tertio, si defuncto testatore res relicta ideo defecerit, quod scilicet ea vel interierit, vel repudiata fuerit vel conditio non euenerit, vel si, cui relicta est prius, decesserit quam eam acceptarit.

## XXIII.

Q V O D si portio deficiat propter culpam & delictum proprium hæredis, non accrescit alteri cohæredi, sed fisco applicatur, a Nam si tota hæreditas ex causa delicti ab hærede tanquam ab indigno ablata fisco semper adiicitur, b cur non etiam pars? c

a Textus notabilis in l. si. Titio la. i. ff. de legatis 2. l. Papinianus s. memi-  
nisse ff. de inoff. testam. b l. aufertur. 46. ff. de lure fisci. l. hæreditas. f. C.  
de his quibus. ut indig. c argumento l. domo. 21. ff. de pignorat. alii. nesciunt l. 1. C.  
ff. quid. ut indig. sicut l. si. vnde l. 1. C. ff. de legatis

## XXIV:

H I S itaq; modis portio vel res deficiens coniuncto accrescit, nisi quod tertio modo legata & fideicomissa pure vel in diem certum relicta, morte legatarij non deficiant, sed à morte testatoris recta via transmittantur in legatarium & fideicomissariū, sicut & hæreditas ascendentium in liberos descendentes,

d. l. unica s. in nouissimo, cum s. seq. infi. et l. unica C. de hū qui ante apert. tab. hæred. transf.

## XXV.

## CAETERVM

LYRIPICE  
XXV.

C A E T E R V M an inuitis accrescat, questionis est? Et quidē hæreditibus portio deficiens accrescit. a Hæres enim necessario representare debet personā defuncti, & si unus sit, in solidum; si plures, singuli pro sua parte: qui tamen omnes simul in solidum representant. b Ratio autem non patitur ut hæres resp̄tendo partem deficienteſi, pro sua tantum parte defunctum representent. c vnde l. 1. C. de hæred. art. l. i. C. si certum per. et l. passo successorum. 26. C. de pastn. c. l. i. ff. de adquirenda hæred.

## XXVI.

Imo testatorius accrescendi in hæreditatibus inhibere non potest, ne partim testatus & partim intestatus discedat, quod ius nostrum non patitur, nisi in milite, cuius soli voluntas in testando spectatur.

l. ius nostrum ff. de reg. Iuri. s. hæreditas, in fine. Instit. de hæredib. instit. text. in l. si quin hæres institutus ex cerro fundo. ff. de hæredib. instit. ian. et al. meo potest. 55. ff. de legatis. l.

## XXVII.

In legatis vero contrarium obtinet. Hæc enim non inuitis, sed volentibus tantum accrescent. a Quia legatarij non sunt iuri successores ut personam defuncti representent. b

a l. unica s. ubi autem. C. de Cad. toll. b s. legatarij. Instit. de testament. ordinand.

## XXVIII.

Nisi eadem res vni legata sit. Nam ea pro parte agnoscit & pro parte repudiari non potest. a Ut & in grege legato responsum est à Paulo 1 C. b

a l. 4. ff. de legatis 2. b l. grege ff. de legatis cod. lib.

## B

## XXIX. SA-

## THESES

### XXIX.

SANE ex duobus legatis vnum amplexi, alterum vero repudiare possumus, nisi hoconus annexum habeat.  
l. sif. de legatu. 2. l. si legatario ff. de fideicom. liberta.

### XXX.

QVOD autem supra dictum fuit in contractibus esse locum iuri accrescendi, id verum est, si oneroso titulo initii sint, b non si ex causa lucrativa. c  
a. Thesis 1. b. texti in l. fundus ille ff. de contrah. empt. c. s. quod si quis Instit. de inutilib. stipulat. ex l. si mibi ex Titio. no. ff. de Verbor. obligat. Ratio est in s. alteri Instit. d. tit. Vide Anton. Gomezium variar. resol. tomo 1. cap. 10. in principio.

### XXXI.

EXCEPTA donatione Principis & causa mortis, in quibus etiam ius accrescendi admittitur. b  
a. l. unica C. si imper. liber. soc. b. l. unica, s. si. C. de cad. toll.

### XXXII.

ITaque inter coniunctos locus est iuri accrescendi tam in hereditatibus & bonorum possessionibus ex testamento vel ab intestato, quam in legatis, fideicommissis, universalibus & singularibus, mortis causa donationibus, & plenisq; casibus in contractibus.

Iuribus supra allegatu.

### XXXIII.

QUE RITVR h̄c: Vtrum potentius sit ius accrescendi iure substitutionis? Ut si Titio & Seio institutis h̄redibus, Caius Seio substitutus sit, & Seius suam partem repudiet, aut aliter deficiat; Caius ne iure substitutionis, an Seius iure accrescendi preferendus sit? Sane iuri accrescendi substitutionem praeferemus. Nec refert expressa ne sit à testatore substitutio, an ex certis aut probabi-

## IV RIDICÆ

9

babilibus coniecturis appareat testatorem substituere voluisse. b Ius enim accrescendi ex lege magis, quam testatoris voluntate oritur. c

a. l. aquibimur 2. s. si duo ff. de bon. poss. sec. tab. l. i. s. in primo ex s. pro se-  
cundo. C. de Cad. toll. Autb. de hæred. ex Falcid. s. si vero institutio, auth. hoc  
amplius ff. de fideicommissis. b l. vltima. C. de hæred. instit. c l. si in testa-  
mento. s. ff. de vulg. ex pupi. substit.

### XXXIV.

QUINIMO ius accrescendi persæpe exercetur contra expressam testatoris mentem & voluntatem, ut in præteritis suis ex hæreditatis liberis, quibus bonorum possesso vel quærla in officiis testamenti competit.

l. si duobus ff. de bonor. possess. contraria tab. l. si ponas s. vlt. ff. de inoffic. testa-  
ment. l. si quis ita hæres. 74. ff. de hæred. instit.

### XXXV.

Ex prædictis recte quoque colligitur ius accrescendi ad hæredes transmitti, quia portioni accedit: nō vero ius substitutionis, quod perionā substituti respicit & cum eadem expirat.

Text. in l. si ex pluribus. g. ff. de suis ex legit. hæred. l. hæc scriptura s. i. ff.  
de condit. ex demonstr. l. i. s. hæta definit. C. de Cad. tollend. ex s. fin. Instit.  
ad Orf.

### XXXVI.

NAM & ius accrescendi, fideicommissarium hæredem, emptorem hæreditatis, fiscum, & quiemuis particularem successorem equitur, propter rem quam possident, & cui alluvionis instar portio deficiens accedit.

l. si totam s. 2. ff. de adquir. vel omitt. hær. l. 2. ff. de hæred. vel. ali. vendi-  
ibi. Ut nec amplius nec minus iuris. l. secundum 10. ff. de Reg. turn. l. id quod 7.  
ff. de periculo ex com. rei vñend. l. i. C. d. tit. l. si Titio. 33. in fine ff. de vñfrat-  
tu. Licer contra disputet Anton. Gomezius d. locorum. 44. quem vide.

A 2

XXXVII. PL A.

## XXXVII.

PLANE singulari iure obtinuit, vt si seruus meus ex parte hæres institutus sit pure, ex parte sub conditione, dato scilicet cohærede, & iussu meo adierit: deinde, eo manu missio, conditio alterius portionis extiterit, mihi non accrescere illam portionem, sed manumissum comitari.

*l. s. solus s. Item si seruus ff. de adquir. vel omitt. hæred.*

## XXXVIII.

IDE M receptum est in minore hærede, in integrum restituto, & vbi necessarius hæres paterna hæreditate se abstinuit, vt nec his casibus cohæredi quidquam accrescat, licet partem deficientem agnoscere illi liberum sit.

*l. s. minor. 61. & l. cum hæreditate. 55. ff. de adquir. & omittenda hæredi. Alium casum reperies in Nouella de Hæred. & Falcid.*

## XXXIX.

CÆTERVM in feudis iuri accrescendi locum denegamus. Vt verb. grat. in feudo Lucio & Seio concessio, pars Lucij deficiens non accrescit portioni Seij.

*Textus in c. i. s. fin. Qui Feud. dare poss. c. i. s. fin. de success. feudi c. i. s. cum vero Conradus De frat. de nouo benef. inuest. Adde Iul. Clar. trast. de Feud. s. Feendum, quæst. 77.*

## XL.

Si tamen feudum paternum vel auitum sit, contrarium censemus. *a* Aut si in concessione novi feudi id expresse dictum sit. *b*

*a* Vide nra sup. allegata & Iul. Clarum in d. trast. de feud. q. 77. vers. secundo princip. sciss. *b* cap. i. de duob. frat... à capit. inuest.

## XLI.

ILLUD postremò subiçimus, quod vbi portio deficiens siue

siue hæreditatis, siue legati, siue alterius generis alteri accrescit, id simul fieri cum onere: Cum absurdum sit lucrum quidem amplecti, onus verò illi annexum detestare.

*l. unica s. pro secundo, & s. fin autem aliquid, in verbis: simili modo, & s. ne autem, cum ss. seqq. C. de Caduc. tollend.*

## XLII.


NISI portio illi assignata fuerit, qui tempore testamenti conditi iam è viuis excesserat; idque in legatis, non in hæreditatibus. *a* Aut tale onus sit, quod per coniunctum impleri non potest, *b* aut nominatim fidei alterius deficientis commissum erat. *c* Nam his speciebus absque onere res accrescit.


*a* d. l. unica s. hi ita definitus, in verbis, quoquo modo enacutum. *b* d. l. unica s. ne autem hoc. *c* l. Celsus pater. 29. s. quod alius s. ff. de legatu. 2.

## XLIII.

SICVT & in legatariis verbis disiunctis: Cum disiunctus quilibet rem à principio totam habeat, & sic non tam iure accrescendi, quam iure non decrescendi rem ab onere immunem retinet.

*d. l. unica s. obilegatar. vers. fin autem ad deficientis personam. C. de Caducis tollendis,*





## P A R E R G A.

I.

**M**ARITVS nulla ratione potest adulteram vxorem suam occidere, licet in ipso criminе deprehensam.

II.

Quemadmodum neque patri ius est occidendi adulterum vñà cum filia : etiam si aliter vi sum fuerit legum ciuilium latoribus.



*Has theses de Iure accrescendi, typis & disputatione dignas  
indico.*

MICHAEL EISSEIN, Collegij  
Theologici hoc tempore Decanus.

